UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XIV. Urkunde des Römischen Königs Friedrich wegen der Stadt Goslar, vom 13. Juli 1219.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56055

Visual Library

in morte fameſcat. Unde contingit, quod ſubſidium, quod converſiſ Pruſcie per Regem et nepotem ipſiuſ et Marchionem predictum poſſit potiſſimum procurari, utpote qui ſunt contigui terre illi et tam multitudine gentium, quam aliiſ divitiiſ locupleteſ plurimum impeditur et pereunt miſerabiliter anime plurimorum. Quapropter nobiſ humiliter ſupplicaſtiſ, ut cum preſatuſ Marchio dicto O. filiam ſuam vellet matrimonio copulare ad ſedandaſ guerraſ et inimicitiaſ ſupradictaſ, quod in quarto gradu contrahere valeant, pro bono paciſ diſpenſare de benignitate ſediſ Apoſtolice dignaremur, maxime cum iidem, ſi ſopiaretur per huiuſmodi copulam ſeminarium diſcordie inter eoſ, tibi et baptizatiſ Pruſcie impenſuroſ ſe decenſ auxilium repromittant. Noſ igitur de diſcretione tua plenam in Domino fiduciam obtinenteſ, tuiſ et dictorum Nobilium precibuſ inclinati, per apoſtolica tibi ſcripta mandamuſ, quatinuſ ſuper hiiſ auctoritate noſtra ſtatuaſ, quod ſecundum Deum videriſ ſtatuendum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, ſeptimo Kalendaſ Junii, Pontificatuſ noſtri anno tertio.

Nach einer Abſchrift des Vaticaniſchen Geh. Archives. — Vergl. Voigt, Cod. Pruſſic. I, 15. 16.

XIV. Urkunde des Römiſchen Königs Friedrich wegen der Stadt Goslar, vom 13. Juli 1219.

— — Huius rei teſtes ſunt Albertus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Otto Epiſcopus Herbipolenſis, Conradus Metenſis Imperialis aule Cancellarius, Fridericus Halberſtadenſis Epiſcopus, Engelhardus Nuenburgenſis Epiſcopus, Ludeuicus Dux Bauarie, Albertus Marchio Brandenburgenſis, Henricus dux Saxonie, Hermannus Marchio Veronenſis, Hermannus et Henricus Comites de Woldenberch et alii quam plures. Actum anno incarnationis dominice M. CC. XIX. Datum apud Goſlariam, III Idus Julii, Indictione ſeptima.

Nach Scheid, Orig. Guelf. III, 672. Heineccii Antiq. Goslar. 220.

XV. Die Markgräfin Mathilde erkauft die Tutel über die Lehen ihrer unmündigen Söhne Johann und Otto, die dem Erzbiſchofe zu Magdeburg von dem Kaiſer übertragen war, vom Erzbisthume für 1900 Mark Silber, den 20. September 1221.

Mechtildis, Dei gratia Marchioniſſa Brandenburgenſis, Johannes et Otto filii eius, vniuerſis Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis. Cum nec multitudini rerum, nec longitudini temporum ſic ſufficiat humana memoria, vt vel que multa ſunt, tenaciter apprehendere, vel que longeua ſunt, valeat retinere; datum eſt fragilitati cauſarum per gratiam conditoris, vt inſufficientia ipſius ſcripturarum amminiculis adiuuetur, ne, quod fideliter ac vtiliter geritur, aut negligenter pereat, aut inutiliter euaneſcat. Proinde preſentium teſtimonio literarum notum eſſe volumus tam preſentibus, quam futuris, quod, cum poſt mortem Illuſtris Principis, Domini Alberti, mariti ac patris noſtri, Marchionis Brandenburgenſis, adhuc nobis, Johanne